



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

VIII Non docebit unusquisq[ue] fratre[m] suu[m] & unusquisque
proximu[m] suu[m] dice[n]s.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXVIII

a dño, & multitudo pacis erit eis, atq; in iustitia stabilienti. Ista nemo nō intelligit q̄ procul absint a pluribus, qui sub militan- tis ecclesiæ statu uitā agunt & uere credunt. Nunc em̄ etsi q̄- dam sint, qui doceant a dño, & qui multitudine pacis fruant, sintq; in iustitia firmati, Palā tamen est ea nequaq; singulis cō- uenire. Nam complures ex his qui fidem habent, ob quam & Luthero sunt ecclesiæ filij, neq; tamen pacis multitudine fru- unt neq; in iustitia stabiliti sunt, quum ab utraq; se penume- ro decidant. Hactenus itaq; puo duabus illis scripturis, quas e- 65. simul & 54. Esaiæ produxit, responsum est.

QUARTA SCRIPTURA Hier. 31. VIII.

Non docebit unusquisq; fratrem suū & unusquisque “ proximum suū dicēs. Cognosce dñm. Oēs em̄ sciēt “ me a minori usq; ad maximū. Sic em̄ in Hieremia “ scribitur. Et non docebunt ultra unusquisq; pro- “ ximum suum &c.

Quæ scriptura tamen si quadamtenus in ipso dilapsu spirit⁹ Acto. 2. sancti super discipulos in unū congregatos uera fuisset, plenā tamen & integram ueritatem non habebit, nisi pro statu glo- riæ, atq; id quidē non solum ob id, q̄ neget ulterius proximum a proximo docendū, uerū etiam ob id, quod subditur. Et pec- cati eorū non ero memor amplius. Nam quis dubitat, quin ex his, qui fidem acceperunt pleriq; pro peccatis suis damnandi sint. Quomodo ergo fiet q̄ citra legis nouæ dationē, nō erit deinceps peccatorū memor deus. Sed & si prorsus uerū sit, q̄ nemo proximum suum ultra doctur⁹ esset, profecto neq; Chri- stus Petro, neq; Petrus & Paulus alijs tam obnixe mādassent uti proximos ipsi docerent.

Sed uideo quid Lutherus obijciat. Nimirū hæc ipsa uerba, Heb. 8. per Paulū ad Hebræos esse recensita, uelut ad p̄sentē ecclesię statū spectātia. Verū ego ut non inficior uac uerba Paulum illic recensuisse, ita nec fateor optere sequi, ut pro hoc tempo- re iam penitus impleta sint. Nam ut exhibitio legis ueteris & eius merces non ad idem tempus pertinebant, tamen si testa- mentum uetus utranq; complectebatur, sed lex uetus in mon- te Synai tradita fuit, merces uero fuit ipsa promissionis terra. Sic similiter & nouum testamentum, non modo legem nouā Exo. 19. 20. 21.

CONGRESSVS TERTIVS

ueruetiã eiusdẽ obseruaræ mercedẽ inuoluit, quæ altera qui
dẽ in monte Syon promulgabat, alterã uero speramus in cœ
lo futurã. Quo factũ est, ut tã Esaias q̃ Paulus protinus, ut de
Mat. 5. 6. 7. lege quæ cordibus hominũ erat inscribenda locuti fuissent, de
Roma. 8. mercede quoq; legis nõ nihil subiecerint, non id tamen mo-
lientes, ut idem tempus utraq; respiceret.

Quã rem & Augustinus in libro de spũ & litera satis ex-
plicat dicens. Sicut lex factorũ scripta in tabulis lapideis, mer-
cesq; eius terra illa promissionis, quã carnalis domus Israel cũ
ex Aegypto liberata esset, accepit, pertinet ad testamentũ ue-
tus, ita lex fidei scripta in cordibus, mercesq; eius species con-
templationis quã spiritalis domus Israel ab hoc mundo deli-
berata percipiet, pertinet ad testamentũ nouũ. Hęc August.
Quibus uerbis dilucidũ est, nouũ testamentũ utramq; cõple-
cti, hoc est, & legẽ cordibus inscriptã, & mercedẽ legis, nõpe
speciẽ contemplationis, quã spiritalis Israel ab hoc mundo li-
beratus percipiet. Alio tamen tẽpore legẽ inscriptã fuisse cor-
dibus, alio uero mercedẽ esse reddendã. Et propterea cõtinen-
ter illic Augustinus subdit. Tunc fiet quod dicit apłus. Siue
I. Corin. 13. prophetiã euacuabunt, siue linguã cessabunt, siue sciẽtia eua-
cuabit; illa scilicet paruulorũ scientia in qua hic uiuit, qua ex p̃-
te per speculũ in ænigmate uidet, propter hanc eĩn necessaria
est prophetia, cũ adhuc præteritis futura succedunt, propter
hanc linguã, id est multiplicitas significationũ, cũ ex alio atq;
alio, aliud atq; aliud admoneĩ, qui nondũ æternã lucẽ perspi-
cuã ueritatis mente purgatissima contemplant. Cũ aut uenerit
quod perfectũ est, & totũ hoc quod ex parte est, fuerit euacu-
atũ, tũc quod assumpta carne, carni apparuit, ostendet seĩpm
dilectoribus suis. Tunc erit uita æterna, ut cognoscamus unũ
uerũ deũ, tunc similes ei erimus, quoniã tunc cognoscemus,
sicut & cogniti sumus. Tunc non docebit unusquisq; ciuẽsu-
um aut fratrẽ suũ dicens, cognosce dñm. Omnes eĩn cognos-
cent eũ a minore usq; ad maiorẽ eorũ. Hactenus Augustinus
Ex quo manifestũ est prædicta Hieremiã uerba nequaquã in-
telligi debere, quantũ ad singulos qui sub hoc militantis eccle-
siã statudegunt.